



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 23. Neo-Pontifex appellatus Sixtus V.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](#)

§. XXIII.

Sæcul. XVI.
A.C. 1586.*Neo-Pontifex appellatus Sextus V.*

Postquam Montaltus hac ratione in *Thuan. l. 82.*
Leti vie de
Pontificem electus erat, in me- *Sixt. V. l. 5.*
moriā Sixti IV., qui ex eodem Ordi- *Ciacon. t. 4.*
ne Fratrum Minorum sub Regula sancti Lud. Jacob.
Francisci militabat, idem nomen af- *in Bibl.*
fumpsit: quo facto solitis ritibus populo *Pontif.*
annuntiabatur, quod Ecclesia tanquam
suum Caput Cardinale Montaltum sub
Sixti V. nomine selegerit. Gesta hæc
fuere ad Vesperam die vigesima quarta
Aprilis feria quarta anno Domini mil-
lesimo quingentesimo octogesimo quin-
to: circa tertiam vero horam neo-ele-
ctus Pontifex ad Vaticanam divi Petri
Ecclesiam delatus fuit, ubi a Canonicis
ipsum

re, quia sine ordine, & cærenonia ad ELE-
CTUM accedebant, & ei congratulabantur:
qui omnes ad sua loca stantes elegerunt in sum-
num Pontificem Cardinalem de Montalto PER
APERTA SUFFRAGIA PRÆTER-
MISSO SCRUTINIO: ex quibus verbis
refelluntur ea, quæ veluti de nova electio-
nis forma refert Continuator, qui absdubio
sublestæ suæ fidei conscius suæ fabulæ nul-
lum Scriptorem ut testem allegare ausus est,
prout ipsi sat familiare est, quoties de sacris
Pontificum comitiis mentio occurrit.

T 2

Sæcul. XVI. ipsum sub porticu excipientibus saluta-
A.C. 1585. batur, decantata Antiphona: *ecce Sa-*
cerdos magnus &c. Postea omnibus be-
 ne precatus e conclavi cum tanta ani-
 mi hilaritate, corporisque firmitate
 prodibat, ut populus alium esse crede-
 bat ab illo Montalto Cardinale, quem
 paucis ante diebus vix pedibus con-
 sistentem, ac capite in humeros sem-
 per detorto incedentem cernebat: por-
 ro Medicæo Cardinali, qui prosperam,
 qua antea ut Cardinalis non fruebatur,
 valetudinem eidem gratulabatur, re-
 spondit: „tum Paradisi claves quere-
 ,bam, ut vero illas eo certius inveni-
 ,rem, corpus, caputque inclinabam;
 „nunc ergo, cum eas jamjam in mani-
 ,bus teneam, nonnisi cælum aspicio,
 „cum haud amplius terrenis rebus in-
 ,digeam. (*)

§. XXIV.

(*) Hujus fabulæ nec Thuanus, nec Ca-
 ponius, nec Ludovicus, quos tamen Conti-
 nuator allegat, mentionem faciunt: Grego-
 rius vero Leti Apostata Autor proscriptus,
 ac nugaram, mendaciorumque fœcundus in-
 ventor ob sua dicteria ex Anglia pulsus nul-
 lam plane fidem meretur, utpote qui ex per-
 versa naturæ suæ indole semper ad maledi-
 centiam incitatus nullius famæ parcit, nobi-
 lissimorum quoque Virorum memoriam ca-
 luimus